

ANIMADVERSIONES
IN FENNICAM BIBLIORUM SACRORUM
VERSIONEM,

QUARVM

PARTEM OCTAVAM

APPROB. MAX. VENER. FACULT. THEOL. ABOENS.

PRAE SIDE

*Mag. JACOBO BONSDORFF,
S. S. Theol. Doct. & Profesj. Publ. Director. Semin. Theolog.
Equite Imper. Ord. de S. Volodim. in IV:ta Clasē,*

PUBLICO EXAMINI MODESTE OFFERT

*MATTHIAS WILHELMUS WIKSTRÖM,
Satacundenss.*

In Auditorio Philosophico die XV Martii MDCCCXXVI.

h. p. m. c.

ABQÆ, Typis FRENCKELLIORUM.

tempus eatenus adlatum putemus, ut herbas floresque succrescentes innuat, vespertinum vero tempus, quia seges aut herba, vespere demesla, cito exarescit. Elegans est haecce imago ipsius vitæ humanæ, quæ non nisi per diem durans mane efflorescit, vespere autem succiditur. Hinc in Fennica versione pro *kohta lakašuu* & *kuiwuu* substituimus *wihoo* vel *kaswaa*, quo tacto amoenissima comparatio salva erit. Id enim poeta i. e. Moses dilerte innuere in his voluit versibus, perbrevem esse vitæ humanæ sortem; Mane oritur, crescit, efflorescit — sed vix ad vesperam pertingit.

— vers. 9. Aliam adhuc fortiorem imaginem brevisimæ vitæ, sumtam ex æltuante *vapore*, qui cito perit, aut *anhelitu* oris adfert yates. Quancunque elegeris notionem, Hebraica & Arabica Dialectus favet, siquidem ἡτη proprie est *æstuare*, *ebullire*, unde *anhelare* f. *Ipirare*. Qui vero nomen hocce ητη, quod ἀπαξλεγομένον est, de fono aut meditatione aut phantasmate exponunt, poetam & etymologicam non exprimunt veritatem b). Inter eos metaphrasta noster habebitur, qui vocabulo *utitur juttu*, quum longe aptius esset, ideam vaporis *fumi* proponere.

Psalm. 92: 11. In confesso est recentioribus, Hebraicum ὄντι non designate monocerotem f. *unicornem*, quem admodum post antiquos nonnullos, Alexandrinum, qui vertit μονοκερωτος, Vulg. *unicornis*, Lutherus, Svecus & Fennicus translulerunt: *Finhorn*, *enhörning*, *jxisarvinen*, quandoquidem hoc animal nunquam, in Palæstina saltim, deprehensum perhibetur, sed potius *bubalum*, *bovem silvestrem*,

M

strem,

b) Quid enim est quod pro affectata expositione Cel. Hezel commendari possit? Unsere Jahre vergehen so geschwind, wie die Stunden des gesellschaftlichen Umgangs, unter Gesprächen.

strem, prout dudum Geierus in *Commentario fusius exposuit* Fennice est *metzähárká*.

Psalm. 93: 4. Strictius ad poëticam elegantiam in textu conspicuam, certe hic versus transferri potest ac debet, quam in vulgari & Svecana & Fennica factum est: *De vågor i havvet åro store och fråsa grufueliga — Aallot mereså owar suuret ja pauhawat hirmuisestli.* Enim vero conspicitur hic gradatio quedam ac comparatio venustissima magnificentiae naturae ipsius atque Dei. In praecedenti verlu *flumina* vocem i. e. sonum suum tremendum elevantia slistit poeta; jam vero v. 4. *fremitum maris* (*πιλυθλοις θεον θαλασσην*), longe celsorem his omnibus undis strepentibus — supra omnia vero celsissimum & magnificum celebrat Deum in coelis. Nemo non videt gradationem inesse vocabulis: *מים רגבים* (live נגידות) — *מים מפכבי ים* atque *יהוה בפרום*; Comparationem autem exprimit particula *ו.* Hinc recte textus elegantiam imitatur Moses Mendelson in Germanica & Tingstad. in Svecana metaphrasii nova. Ille: *Erhabner als der Fluten Getöse, Brausen die wogen des Weltmeers: Erhabner noch ist Gott in jener Höhe. Hic: Praktigare än floders fråsande forsar åro havsvets sörmande vågor; Ännu Majestätligare är Herren i högden. Fennice ita sonabunt. Meren aallot pauhawat hirmuisemmin kuin suuret kosket — Cetera sunt plana.*

Psalm. 94: 20. Ratio cur Lutherus & sequaces ejus sensum textus: קָרְבָּלְעִידְיַה effingens molestiam (malitiam) contra statutum, non modo frigide sed sine sensu dederint: som lagen illa uttyder — joka Lain háijysti opettaa, ea omnino esse videtur, quod non attenderint ad universum scopum orationis s. argumentum, quocum grammatica forma sententiæ allatæ bene conspirat. Taxat David (eum enim esse carminis auctorem non tam ex auctoritate Alexandrini Interpretis, quam ex universo argumento constare arbitramur) rebelles sui ævi & foedi-
tra-

fragos, qui cum scelestissimo ejus filio conjurationem fecerant, legitimum Davidis imperium abolere conantes. Perverse & impie egerunt, contra statutum (pr), thronumque Davidis justum in iniquissimum permutare machinabantur. Vocabula הַר & לְבָן, quæ synonyma sunt, in contextu apertissimo de *malitia* & *pravitate morali* sunt sumenda, ut alibi saepius non autem de molestia & ærumpa, ut in Fen. *wahingolliset*. Hinc sensus prodibit in translatione nostra hicce: *Eipás mielisy kofkan wāāráán iſtuimeen, joka paha juonittelee lakia waſtan.*

Psalm. 95: 4 Quid מִחְקָנֵי אָרֶץ significet ambigunt interpres. Lutherus duplēm dedit versionem. Quod si vero attendatur ad oppositionem vocabulorum אָרֶץ & הַרִים *terræ ac montium*, haud difficile erit de prædicatis ipsis judicare, siquidem profunditates terræ ac altitudines (præcipitia) montium sine dubio in mente habuit scrip- tor, cum Divinam summam potentiam ex stupendis naturæ rebus describeret. Profundissima terræ loca solent homines lucri studiosi metallaque scrutaturi effodere; altissimos autem qui ascenderit montes defatigatum se sentit & velut vertigine correptum. Metonymicum ergo vocabulorum מִחְקָנֵים & הַרִים ulsum considerantes, illud profunditates s. intimos recessus, hoc vero altitudinem innuere facile dabimus. Fennice enuntiabimus illud: *maan sywydet s. sisälmyxet*, pro quo vulgaris habet versio: *mitä maa kanda*. Poiterius rite exprimitur; *wuorten kukkulat*.

Psalm. 97: 7. Contextui convenientius est in vocabulo transferendo ponere *Eipájumalat*, quam prout in vernacula adest versione, *Engelit*, nam de fictis gentilium Diis sermo est.

Psalm. 100: 3 In diversitate lectionis נ, quæ est Chetib s. textualis, & י, quæ est Keri s. marginalis, haud multum videtur ambigendum esse, utra verior aut prior sit; qui enim utramque lectionem parere statuant commodum sensum, neutquam rite sequuntur

tur *Æsthetices præcepta in textuali scriptione: nos ipsi non*, scilicet fecimus nosmet. Fennicus noster: *en me itse meitāmme.* Insulsum & incommodum hoc esset asserere, quum antea dicatur: *Deus nos fecit.* Quis non ultiro hoc intelligit, nos non esle a nobis creatos? Alios parum cum syntaxi Grammatica cohærentes interpretandi omittimus modos. Supereft ergo lectio Keri: *Si ei,* scilicet Deo, *nos sumus adstricti,* dijudicanda, quam rite tuentur Chaldæus & Hieronymus (*ipsius sumus*) atque nos quoque ultiro amplectimur. Quia Deus nos creavit, ejus ergo sumus quasi proprietas, ab eo pendumus toti. *Ja me olemme hānen omans.*

Psalm 102: 15. In argumento & consilio hujus Psalmi constituendo id quidem elucidere omnes fatentur, misericordiam afflicti cuiusdam sive populi sive hominis describi; in ulteriori autem hujus rei atque temporis determinatione variant. Nos potissimum sequimur sententiam, qua in ipsa captivitate Babylonica a quodam cive Iudaico, patriæ suæ ruinam acerbissime dolente & restitutio-nem ejus prope jam adfuturam optante, confectus hicce Psalmus existimat. Inter alia ejus rei testimonia præsentem citamus versiculum, qui secundum litteram, interprète Dathe, ita sonat: *cultores tui vel ejus ruderibus delestantur, atque adeo pulveri favent,* h. e. piissima zelotypia animati ad rudera hæcce & cineres redire optant. Reditum ex captivitate ad patriæ ruinas, quæ sub nominibus *lapidum* & *pulveris* significantur, nemo non intelligit. Interim tamen Lutherus ingenio suo fervidissimo indulgens paraphrastice addit fere totam structuram templi, lapidibus scilicet tanquam coemento & calce, cujus tamen in textu non adparent vestigia, renovandi. Hinc quoque Fennicus metaphrastes non dubitavit alterum hemistichium ita circumscribere: *Ja nákisit mieellánsá,*
ettā

*ettâ hânen kiwens ja kalkins walmit olifit — pro simplici
sententia: surkuttelewat hânen foraans.*

— vers. 29. Additur in fine hujus psalmi votum pro perenni Israëlitarum felicitate futura; Cum vero Hebrewi optativum modum in verbis non habuerint, futuro potissimum usi sunt tempore, atque lectoris ipsius judicio relinquunt, sensum e contextu elicere. Hoc igitur pacto nostram metaphrasin *pysywât & menestywât* emendandam censemus in: *mahdaifit pysyâ — menestyâ*.

Psalm. 103: 3. Non tantum imago, e tanando desumpta, sed etiam etymologia vocabuli מִלְחָמָה urget pro rikoxes substituere *wirhes*, licet infitiandum non sit, sensum fere eundem manere.

Psalm. 104: 3. Sublimem poëtæ fictionem non omnes eodem exponunt modo, nec adsequuntur. Plerique cum Lutherò, & Geiero ex architecturæ principiis ponunt, hic sibi Divina conclavia nubium aquis obducta & quasi contignata c). Præterquam vero quod durior nobis videatur hæc ex aqua construendi palatia ars, rerum naturæ, saltim verisimilitudini maxime contraria, vocabulum quoque מַלְאָכָה, vi suæ originis, superioritatis cuiusdam secum fert notionem, commodiusque dici potest, superius Dei coenaculum esse ædificatum supra nubibus, quam ex iisdem; Etenim perticula נָסָה & præfixum נָסָה fæpius coincidunt, ad designandum locum ipsum, in quo aliquid positum est; præfixum autem נָסָה ad materiem, unde res conflata sit, notandam adhibetur. Tegumenti ipsius, quod Lutherus & cum eo Svecus ac Fennicus, cuius est: *Sinâ peitât sen pâallyxen wedellâ* adoptarunt, nulla videtur men-

- c) HEZEL: mit Wasser baut er sein hohes Haus — nemlich aus den Wolken, aus dem wasser über der Atmosphäre.
DE WETTE: — daher sind gleichsam die Baumaterialien der Wohnung Gottes Wasser.

mentio facta, nisi ædificium ipsum quoque tegumentum dixeris. Rectius igitur judicamus transferri debere patro sermone. *Siná asetat sinun páállysiás* (vel, *ylimáisen a-sunsiás*) *weteen*, f. *pilween*.

— vers. 4. Quamquam Lutheri & Rabbinorum explicandi methodum, miram satis & hypothesibus innixam, tueri voluerunt Geierus & Grotius cum suo acerissimo censore Calovio, cet. qua Angelorum naturam, sive aëriam sive igneam, hic describi statuerunt, eam tamen merito rejecerunt recentiores optimi Interpretes, observantes "hunc locum non agere de angelis, spiritibus illis invisibilibus. Laudat Divinus vates in toto carmine opera Dei visibilia. Igitur hæc quoque verba nihil aliud dicunt quam Deum uti vento & igne tanquam legatis aut ministris ad voluntatem suam in hac terra exequendam". (Dathe) Immo Alexandrina versio & allegatus hic a Paulo Ebr. 1: 7 locus non aliam producit ideam. Longe aliter enim in Hebræo & Græco textu verba construi debuisserit, si peculiaris ista de transformatione aut natura angelorum proponeretur idea. Eodem ergo jure, quo Svecanam antiquam emendavit Rever. Tingstadius, nos quoque Fennicam versionem: *Siná teet Engelis hengexi ja sinun palweljas liekitsewáisxi tulexi*, emendandam hunc in modum postulamus: *Siná teet ilmat Engeleixi, ja liekitsewáiset tulet palweljoixi*.

— vers. 22 Pro kokonduwat, legendum pakenewat: Primitiva enim verbī *חִנָּה* auferendi, in Niphal *aufugiendi*, notio cum serie orationis convenit, non item conveniendi idea. Mendellson rite: *Sie haben sich davon*.

— vers. 34. Fenn. *kelpaa*. Scopus orationis svaldet optativum modum, *kelwakton*.

Psalms. 105: 5. Non tam Divina verba quam judicia & decreta in gentem contumacem, variis afficiendam plagis, exponit psalmes, sub nomine מְלֹאת־פֶּרֶת, Fennice duo-

duomionfa, non ut vulgo exstat *sanojanfa*, quamquam certum sit verba Dei continere quoque judicia.

— vers. 31. Idem hic observamus ac ad Exod. 8: 14. *בְּנֵי* non esse *pediculos*, Fenn. *táit*, sed *mákárát..*

— vers. 34. Hebræa vocabula *רַיִן* *תָּרַבְּזָן* *locustas* & *gryllos* cristatos (sive eorum erucas) denotare longe probabilius est, quam si cum nonnullis & quoque Fennico tabanos *parmat* & vespas *wapsaiset* cogitaremus. Alexandrinus fere constanter prius *ακεῖδες* vertit, posterius *βερχός*. Grylli esse speciem, sive in statu suo adulto sive metamorphosi sua, plerisque placet. Fennice, *Heinásirkat-ja ruohon madot.*

Psalm 107: 18. Inopinatam celeremque mortem vulgo depingunt poëtæ tanquam approximationem ad portas inferorum sive regni subterranei; quæ fictio antiqua non est in versione negligenda, prout in Fennica factum est. Alluditur sine dubio ad historiam Israëlitarum, qui nimio elu coturnicum fastidium cibi, indigestionem ac mortem accelerarunt, prout Num. 11: 33 perhibetur. Veraculus transfert: *ja sait kuollintautinsa*; Rectius vero & significantius: *läheslyit kuoleman portia*.

Psalm. 108: 1. Secundum vulgarem textum & interpretationem rite se habet nostra metaphrasis, *niin myōs minun kunniani*. Sed si ad parallelum locum, Psalm. 57: 9, ex quo hic manifeste sumptus est sive repetitus, respiciatur, vix a veritate abhorre videbitur suspicio, aliter lectum fuisse in originali scripto & quidem ante Translatores antiquos, qui tamen ipsi variant. Alexandrinum & Vulgatum tantum nominamus, qui dubium textum suo modo explicuerunt: *ψαλω εν τη δοξη με — psallam in gloria mea*, ἦν pro præpositione ου sumto. Interim vero nomen *כְּבָרֶר* metonymico sensu *animi*, *cordis* hic positum est, quemadmodum parallelo loco & alibi. Excitat David *animam* suam ad Divina celebranda beneficia — excitat

citat *nablium citharamque* — excitat ipsam *auroram*. Qui pulcerrimam hanc apostrophen & prolopopoeiam gradu suo ascendentem bene rimatus fuerit, recentiorum non retrahabitur nonnullorum hypothesi, verba textus laudata ad sequentem faltem referendi versum. *Experciscere anima mea, nablium &c Fenn. Herāá minun sjeluni, Psaltari ja Kandele.*

— vers. 3. Versionem Fennicam: *miná nousen warhain*, satis dilutam & textui non convenientem, jam ad Psalm. 57: 9 atro notavimus carbone. *Venusta est fictio poetica: miná herätán aamuruuskon.*

— vers. 12. in vocula *etkós* pro *eipá*, confer annotata ad parallelum locum Psalm. 60: 12.

Psalm. 109: 6. Ablurde hic fingitur multis in versionibus Satanás, tanquam impiorum adversarius 1. acto in judicio Divino; faltem non debuisset in propria causa, quæ venditatur, accusatoris agere partes, sed defensoris. De nugis autem hisce nihil habet textus, nam nomen ψὼν proprio suo sumitur significatu de *accusatore*, *calumniatore*, atque cum antecelerit mentio judicis durissimi, nec non sublequatur commemoratio decreti judicialis, precum cert. sponte sequitur, accusatorem quendam inimicum, sed humanum illum, innui. Scena sistitur in terra sive tribunali humano, coram quo improbus accusabitur & condemnabitur, nulla habita ratione precum atque favoris. Pro Fennico vocabulo *Perkele* substituendum est *páállekandaja*. Quod reliquum est, nolumus argumentum ipsum psalmi proprius definire.

— vers. 10. Noster exprimit מחרבון רהם e *vastationibus* 1. desolatis suis locis, *kóyhydefánsá*; Etymologiam autem si spectas, erit *háwitetyisá paikoisa*. Scilicet imprecatur David in improbum, qui fidem omnem, amicitiam, & jura humanitatis læsit, gravissimam tantam poenam, ut ipsi ejus liberi mendicare ac cibum querere cogantur in vel